



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XXXI. Quæ sint partes pœnitentiæ Materiales?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

## QUÆSTIO XXXI.

*Quæ sīnt Partes Pœnitentia Materiales?*

## XLII. ANTICHRISTIANISMVS.

**LUTHERANI** Alij duas auant, Contritionem & Fidem. Alii tertiam addunt Nouam obedientiam, seu Opus bonum.

**CALVINIANI** duas, Mortificationem veteris hominis & vitiorum; ac Vivificationem per fidem. Vide Luthero-cal.p.; q.8.4.

**CHRISTVS.** I. TERROR ex misericordia Legis non est Contritio, aut Mortificatione, nec pars Pœnitentiae. Nā, 2. Cor. 7. Quæ secundum Deū est Tristitia, Pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Tristitiam hic vocat pudorem & molestiam cogitantis adire pœnitentiam, ut Mortuum ad hanc motuum verò ad rem pars rei non est. Vnde ibidem ait; Gaudeo, non quia contristati estis ex pudore humano; sed quia conristati estis ad Pœnitentiam, id est, de fructu tristitiae gaudeo qui est impulsio, accessioque ad Sacramentum. Vide q. sequentem.

II. FIDES non est pars Pœn. eti prærequiratur.

1. Nam Mar. 1. Pœnitentiam agite, & Credite Euangelio. Act. 20. Testificans Iudeos & Gentilibus in Deum Pœnitentiam, & Fidem in Dominum Iesum. Vbi sanè clara fit distinctio fidem inter & Pœnitentiam.

2. Fides premit Pœnitentiam, & gignit. Ionæ 3. Crediderunt primum Niniuis in Deum, & deinde pradicauerunt ieunium, & indui sunt fæcū.

III. Non sunt pars pœnitent, omnia Opera bona, quæ post iustificationem

funt: sed fructus sunt digni pœnitentia.

IV. Nec Mortificatione & Vivificatione Caluiniana sunt partes. Quia & illa sunt fructus pœnitentie, ipsaq; Iustificatio: atqui hanc præcedit pœnitentia. Ezech. 18. Si pœnitentiam egerit impius; iniquitatum eius non recordabor. Dixi Luc. 13. Nō sp̄ pœnitentia habueritis, omnes similiter peribitis. Luc. 24. Oportet predicare Jan. & remissionem peccatorum.

V. Contritio, Confessio & Satisfactio, sunt partes Pœnitentie illius, quæ ad remissionem peccatorum in Sacramento ordinatur: Alioquin pœnitentia virtus, est simplex partium nescia. Ad Pœnitent. sacramentum igitur pertinet, i.e. Contritio. Ióel. 2. Scindite corda vestra. Ps. 50. Cor contritum & humiliatum Deus nondespicias.

2. Confessio Num. 5. Vir sine mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, Confitebuntur peccatum suum. Mat. 3. Baptizabantur ab eo confitentes peccata sua. Act. 19. Multi credentes venerabantur, Confitentes & annunciantes alium suos.

3. Satisfactio per opera laboriosa, 2. Ebd. 9. Conuenerunt filii Israel in ieunio, & facies, & humus super eos: & Confitebantur peccata sua. Dan. 4. Peccata tua elemosynia redime. Mat. 11. Olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent.

4. David, 2. Reg. 2. 4. percussit cor suum: en. Contritio: Et dixit ad Dominum: Peccavi valde in hoc facto: en. Confessio: Porro en. satisfactio: sed precor Domine, ut transferas iniquitatem serui tui; quia stulte egimus. &c. Vertatur, obsecro, manus tua contra me. Publicanus, Luc. 18. Contritus non audebat oculos tenare in cælum: Confessus,

ait: Deus proptius es tu mihi peccatori: Satisfaciens tundebat peccatum. Prodigus, Luc. 15. Cōtritus factum detestabatur: confitens ait, Pater, recessui in cælum: & sorāte. Satisfactorius ait: Fac me sicut unum ex mercenariis tuis.

## QUÆSTIO XXXII.

Contrito an sit Actio libera, Euangelica, parsque Pœnitentia?

## XLIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI RIGIDI: eam autem esse Terrorem ex locis suis, & Legis minis: Prædicta esse coadunata non est, non Actionem liberam: Non opus bonum, quin spoliat, omni opere bono: ac pertinet ad Legem non ad Euangelium:

MOLLES contra & CALVINISTÆ docent cum Catholice Orthodoxis.

CHRISTVS. Speculum veræ Pœnitentiae mea præbuit Magdalena; quā & verbis ipse testatus sum luculente, Luc. 7. Dimituntur ei peccata multa ( Autoritate mea: non ullius virtute Sacramenti, nondum adhuc instituti. ) Quoniam DILEXIT multum: Non, quoniam fuit passa terrores: sed a me ex amore.

2. Iacobi 1. Nunquid & demones credunt, & contremiscunt, adlatam ipsis pœnalem legem. Neque tamen idcirco pœnitentia contritionem habere censendi sunt.

3. Ter, & verè testatus est Petrus mihi: Ioan. 21. Tu scis Domine, quia amo te: Idemque semper imperterritus egit; nisi quando, Mat. 14. caput mergi. At Modicæ fidei: Et ancillæ ad vocem terreti, immemor sui, Mar. 14. Ecce terror eum in peccatum negationis traxit: Amore autem mei suus conuersu fleuit amare.

4. Pharisei quantos Legis terrores aut sentiebant, aut præferebāt hypocritæ: eos tamen Contritionem dixerit

nemo, nisi similis ipsis aut deterior. Nec Regis Balthasar ex conscientia teror ad visæ manus apparitionem, Contritio fuit: Dan. 5. &c. Nec Iudæ terror conscientia ex lœsa memoria Legis quintæ in Decalogo.

5. Parumne clare David vim debitam asserit Contritioni, Ps. 50. Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet: atque Isaías Dominus: Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, amore Læsi Dei, & deinde etiam tremens sermone s meos penales, Ps. 35. Prope est Dominus ies, qui tribulato sunt corde.

## XLIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI RIGIDI. Contritio est Passio coacta, non Actio libera.

CHRISTVS. At ego inquam, Mat. 3. Pœnitentiam AGITE. Iοel c. 2. Scindite corda vestra. Paulus Act. 17. Annunciat hominibus, ut omnes ubique Pœnitentiam AGANT. Imperatur, quod agamus, & agere possumus. Vide Lutherocalu. par. 3. q. 85.

## XLV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI RIGIDI. Contritio pertinet ad Legem non ad Euangelium.

CHRISTVS. Ego dico, Mat. 4. Pœnitentiam agite; appropinquabit enim regnum celorum. Ego Luc. 5. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Ego, Mar. 6. mittens Apostolos prædicatum, prædicare pœnitentiam iussi: Meque explicauit post resurrectionem, Luc. vlt. Oportet prædicari Pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes. Petrus, Act. 5. verè dixit, Me exaltatum à Patre, ad dandam Pœnitentiam Israeli. Quin, Act. 11. Ergo & Gentibus Pœnitentiam dedit Deus ad vitam.

Hocque prædicauit, Act. 20. Vis cle-

L 3 actio-

